

STAM. *Filamenta* quatuor (defunt ambo minora), ad latus planum Germinis erecta, ad basin a parte interiore aucta *Glandula* compressa, lata, depressiuscula, alba. *Anthera* ovata, compressa a dorso anticeque.

PIST. *Germen* subrotundum, planum. *Stylus* nullus. *Stigma* simplex.

PER. *Silicula* compressa, planiuscula, subrotunda, margine undique acuto, apice vix manifeste emarginata, subtus ventricosior, supra magis plana, bilocularis, dissepimento angusto.

SEM. . . .

Color plantæ viridis, sed sæpe fuscus, præsertim scapi versus flores; calycis color fuscus, Petalorum albus ut & glandularum. *Antheræ* lutefcentes. *Germen* fuscum. *Siliculæ* nigro-fuscæ.